



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 14. Ejusdem summi Pontificis Constitutiones Apostolicæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

§. XIV.

Sæc. XVII.
A. C. 1675.*Ejusdem summi Pontificis Constitutiones Apostolicæ.*

Præter hæc Beatificationis diplomata idem summus Pontifex hoc anno plures edidit Constitutiones, quarum præcipuas referimus: præprimis igitur Constitutionem numero centesimam decimam sextam revocans tam Capucinis, quam tertiariis in Gallia dedit potestatem sæculares utriusque sexus ad tertium S. Francisci ordinem juxta usum receptum admittendi. Die etiam decima septima Julii omnibus utriusque sexus Carmelitis indulgit, ut semel in Mense Officium S. Mariæ Magdalenæ recitare valeant: Præterea ad preces Cardinalium Protectorum decretum promulgavit, vi cujus prohibuit, ne Itali in Collegium Germanico-Hungaricum Romæ admitterentur, sed duntaxat illi, qui qualitates habent in Bulla foundationis & Constitutionibus requisitas: simul etiam confirmatis ejusdem Collegii privilegiis atque exemptione Episcopum Laudensem reprehendit, eoquod hic in quoddam Ord. S. Benedicti desertum Monasterium Ducatus Mediolanensis, quod Gregorius XIII. præfato Collegio donaverat, jurisdi-

Bull. magn.
Clem. X.
Bullar.
Carmel. t. 2.*Hist. Eccles. Tom. LXIV.*

C

risdi-

Sæc. XVII. jurisdictionem exercere præsumpsisset:
A. C. 1675. Præcepit etiam locorum Ordinariis,
 & Ordinum generalibus, ut saltem bis
 in anno necessitates Terræ sanctæ po-
 pulo exponi curarent. Denique, etsi
 Gregorius XIII. decrevisset, quod Je-
 suitæ cum summi Pontificis & Gene-
 ralis licentia ad quemcunque Ordinem
 transire possent, nihilominus, cum id
 Paulo Olivæ tum Generali non place-
 ret, & ad laxiorem Ordinem transire suis
 prohiberet, non pauci Jesuitæ tamen pri-
 mo ad strictiorem, ac postea eo relicto
 in laxiore professionem emitterent,
 hinc Generalis ab hoc Papa obtinuit,
 ut tertiam professionem in Ordine laxo
 irritam declararet, si facta esset sine
 Sedis Apostolicæ aut Generalis venia.

§. XV.

*Quædam Sacrarum Congregationum
decisiones.*

*Constitut.
 Congreg.
 Irm. Rit.
 Rot. &c.*

Die vigesima tertia Januarii in sacra
 Rota Romana decisum fuit, quod
 etiam beneficiati sæculares, licet sub-
 jecti sint jurisdictioni Episcopi, tenean-
 tur obedire Abbati Regulari eorum Præ-
 lato & Ecclesiæ Superiori, hicque eos
 saltem pœna pecuniaria coercere va-
 leat, si ejus monitis indiscrete obedire re-
 cularent; quia secus officia Divina, cete-
 ræque